L. Anguli ad circumferentias F*a*K, F*b*K, F*c*K ſunt ſemiſſes angulorum F*P*K, F*Q*K, F*R*K ad centra, adeoq; angulorum illorum dimidiis *LPK*, *LQK*, *LRK* æquales. Eſt ergo figura *PQRK* figuræ *abc*K æquiangula & ſimilis, & propterea *ab* eſt ad *bc* ut *PQ* ad *QR*, id eſt ut *A*B ad B*C*. Angulis inſuper F*aG*, F*b*H, F*cI* æquantur *fAg*, *fBh*, *fCi* per conſtructionem.



Ergo figuræ *abc* F*GHI* figura ſimilis *ABCfghi* compleri poteſt. Quo facto Trapezium *fghi* conſtituetur ſimile Trapezio F*GHI* & angulis ſuis *f*, *g*, *h*, *i* tanget rectas *AB*, *AD*, *BD*, *CE*. *Q.E.F.*

Corol. Hinc recta duci poteſt cujus partes, rectis quatuor poſitione datis dato ordine interjectæ, datam habebunt proportionem ad invicem. Augeantur anguli F*GH*, *GHI* uſq; eo, ut rectæ F*G*, *GH*, *HI* in directum jaceant, & in hoc caſu conſtruendo Problema, ducetur recta *fghi* cujus partes *fg*, *gh*, *hi*, rectis quatuor poſitione datis *AB* & *AD*, *AD* & *BD*, *BD* & *CE* interjectæ, erunt ad invicem ut lineæ F*G*, *GH*, *HI*, eundemq; ſervabunt ordinem inter ſe. Idem vero ſic fit expeditius.

Pro-

Producantur *AB* ad *K*, & *BD* ad *L*, ut ſit *BK* ad *AB* ut *HI* ad *GH*; & *DL* ad *BD* ut *GI* ad *FG*; & jungatur K*L* occurrens rectæ *CE* in *i*. Producatur *iL* ad *M*, ut ſit *LM* ad *iL* ut *GH* ad *HI*, & agatur tum *MQ* ipſi *LB* parallela rectæq; *AD* occurrens in *g*, tum *gi* ſecans *AB*, *BD* in *f*, *h*. Dico factum.



Secet enim *Mg* rectam *AB* in *Q*, & *AD* rectam K*L* in S, & agatur *AP*, quæ ſit ipſi *BD* parallela & occurrat *iL* in *P*, & erunt *Mg* ad *Lh* (*Mi* ad *Li*, *gi* ad *hi*, *AK* ad BK) & *AP* ad B*L* in eadem ratione. Secetur *DL* in *R* ut ſit *DL* ad *RL* in eadem illa ratione, & ob proportionales *gS* ad *gM*, *AS* ad *AP*, & *DS* ad *DL*, erit ex æquo ut *gS* ad L*h* ita *AS* ad *BL* & *DS* ad *RL*; & mixtim, *BL* − *RL* ad L*h* − *BL* ut *AS* − *DS* ad *gS* − *AS*. Id eſt B*R* ad B*h* ut *AD* ad *Ag*, adeoq; ut B*D* ad *gQ*. Et viciſſim B*R* ad B*D* ut B*h* ad *gQ* ſeu *fh* ad *fg*. Sed ex conſtructione eſt B*R* ad B*D* ut *FH* ad *FG*. Ergo *fh* eſt ad *fg* ut *FH* ad F*G*. Cum igitur ſit etiam *ig* ad *ih* ut *Mi* ad L*i*, id eſt, ut *IG* ad *IH*, patet lineas F*I*, *fi* in *g* & *h*, *G* & *H* ſimiliter ſectas eſſe. *Q.E.F.*

In conſtructione Corollarii hujus poſtquam ducitur *LK* ſecans

EC

SIR ISAAC NEWTON *Philosophiae Naturalis Principia Mathematica* LONDON, 1687 THE WARNOCK LIBRARY Octavo